



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

§. 1. An census per partes redimi possit emptore inuito.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

de censibus Hispan. cap. 102. num. 8. Quorum ratio est, quia compensatio est mutua debitoris contributo. leg. 1. ff. de compensat. At Titius tibi non debet fortem, sed solum debet illius redditum. Ergo non potest tunc debitum fortis indebita esse compensatio.

3 Quocirca ut in hoc reddito aliquis compensatio sit debet Titius tibi significare se velle redimere, & loco fortis restituenda summam quam illi debet relinquere. Qua significacione redditus cessabit ipso iure perinde ac si fortem Titius soluisset. Tum quia verè soluit cum debitum loco fortis remittit. Tum quia consignacione facta redditus iure extinguitur leg. acceptum. Cod. de usuris leg. assignatio. Cod. de solutionib. At tu causa es quo minus Titius tibi fortem non consignet, si quidem ei non soluis quod purè debet. Ergo in tui praeiudicium censenda est ea consignatio facta, leg. iure cuius ff. de condit. & demonstrat.

4 Neque refert debitum quod Titio debet ex diuersa causa prouenire. Nam optime potest si verè debitum est cum alio debito diuerso compensari, solum enim debitum fiscale à compensacione excluditur leg. 1. & 7. Cod. de compensat. & pluribus comprobat Felician. 2. p. de censib. lib. 4. cap. vii. n. 13. Præterquam quod in præsentia hæc debiti imputatio in fortem non est propria compensatio, de qua in toto tit. Cod. & ff. de compensat. cum nulla sit obligatio reddendi fortem. §. 1. in ff. de obligatiõib. sed est quædam voluntaria fortis solutio per subrogacionem debiti, ac proinde ex quacumque causa ualeat subrogati in fortem poteri.

5 Dupliciter Ioann. Bapt. Lupus, Felician. & Gaspar. Roderic. loc. cit. superiori doctrinam temperant. Primo ne procedat vsoris, seu pensionibus decusis non solutis. Nam hæc prius soluendæ sunt, vtpote quæ sunt debite ex necessitate, ideoque in his vera datur compensatio. Quare solum id quod superest his pensionibus compensatis in fortem principalem cedere potest, argum. leg. cum fortis. Digest. de pignorat. actione. cum aliis. Secundo ne illud quod superest minor summa sit quam fors, vel ea fors pars quæ redimi permittitur. Nam esto compensatio pro qualibet parte admittatur, leg. quidam estimauerunt. ff. si certum petatur. At cum in præsentia non sit propria compensacione, cum debitum vtrimque liquidum, purum, & exigibile non sit, sed est quædam ficta solutio, & restitutio fortis, ideo nequit maiorem obtinere prærogatiuam quam ipsa realis, & actualis solutio.

PUNCTVM XXXV.

Num ex mutua successione debitoris creditori obligatio personalis, & hypothecaria extinguitur?

- 1 Proponitur casus.
- 2 Resoluitur variis distinctionibus oppositis.

1 Gaspar. Roderic. 2. de redditib. q. 19. in princ. casum sic proponit. Antonius possessor maioratus centum redditum singulis annis persoluum xoris hæredi super bona sui maioratus ex facultate regia constituit. Deinde contraxit debitum aliud dotale cum hypotheca generali bonorum præsentium, & futurorum comparacione Titij. Contigit autem: vt vxoris hæres Antonium hæredem reliquerit, vel censum legauerit. Queritur an Titius aduersus Antonium, cuiusque successorem procedere possit vsque ad distractiõnem annui redditus tanquam sibi specialiter hypothecari. Hunc casum ipse Gaspar. Roderic. tota illa quæst. latè examinat, & argumenta in vtramque partem proponit, testaturque in Pintiano senatu aduocatos eximios in diuersas sententias fuisse. Ipse vero ex num. 30. diuersis distinctionibus quæstionem perdoctè decidit, quem placet omnino sequi.

2 Primò, si vxoris hæres Antonio redditum legauerit, tamen si non detur actiõnem consensu, quia iura & actiõnes non transmittuntur in legatarium, sed in hæredem, vniuersalem vel successorem. leg. Stichum. §. actio Digest. de solutionib. liberatur Antonius ab obligacione redditus. Non enim prædicto legato aliquid Antonius acquirit, sed à debito annuo soluendo eximitur. Qua exemptione posita non potest Titius creditor pro censu distractiõnem agere aduersus Antonium, cuiusque hæredem, cum iam à censu liberati sint, & census non subsistat.

Secundo, si Antonius non eius creditori, sed fideiussori succederet, obligatio fideiussoria confunderetur cum obligacione personali, quia nemo sui ipsius fideiussor esse potest. At bona quæ pro fideiussione hypothecata fuerunt transmissa in principalem debitorem eandem hypothecam, & obligacionem retinebunt. ex leg. cum quis §. fin. ff. de solutionib. quia hæc hypotheca, & bonorum obligatio non à fideiussione formali, sed ab obligacione redditus perseverante pendet.

Tercio si Antonius suo creditori successit confunditur personalis obligatio. Vt habetur dicta leg. Stichum. ff. de solutionib. leg. secundum Cod. de fideicommissis, quia actio creditoris cum obligacione debitoris in eodem subiecto compari nequit. Deinde hypothecaria obligatio tollitur leg. nec pignus. ff. de Regul. iuris, & leg. ex sexante. §. Lavinus Largius. ff. de except. rei indicatæ, eo quod res proprio domino hypothecata, aut obligata esse non potest. Quod si creditor hypothecam antequam moreretur in alium transfuisset, tamen hæreditatis adicione fuerit confusa obligatio hypothecaria, tamen cum res illa non transferit in debitorem, sed in tertium ille tertius vt te propria vt illa poterit. iuxta leg. si hæres. la. 2. & ibi Bart. ff. ad Trebellian. leg. hæreditatem, & ibi Gloss. in fine. ff. de donat. & aliis.

Quarto quod dictum est, cum debitor creditori succedit ferè dicendum est, cum creditor succedit debitori extingui inquam obligacionem personalem, & hypothecariam comparacione sui ipsius ob rationem dictam, quia res propria nequit domino hypothecata, & obligata esse.

Verum si debitor rem aliquam non solum creditori hæredi, sed alteri tertio hypothecaram haberet, examinandum est quænam ex illis hypothecis præferenda sit, nam si hypotheca creditoris prælatiõnis privilegium habet, impedit quemlibet alium creditorem qui actiõnem hypothecariam intenter. Neque obstat quod adicione hæreditatis hypotheca creditori hæredi extinda sit, quia est extinda quoad propriam obligacionem. Secus vero quoad defensionem contra posteriores hypothecas iuxta si posteriores, & ibi Gloss. Bart. & Salicet Cod. si antiquior. creditor. Sic Gaspar. Roderic. d. lib. 3. de redditib. quæst. 19. num. & seq. qui latius materiam profert.

PUNCTVM XXXVI.

An dilatio moratoria à principe, vel creditore debitori facta cursum reddituum extinguit?

- 1 Affirmat extingui. Gasp. Roderic.
- 2 Rectius docuit oppositum Felician.

Extinguere cursum reddituum pro eo tempore quo dilatio conceditur docuit inter alios Gaspar. Roderic. de annuis redditib. lib. 3. quæst. 9. ex num. 16. ductus quia facta dilacione antequam cursus vsurarum debeat facit non deberi.

Sed rectius Felician. 2. part. de censib. lib. 3. cap. fin. in fine, quem Auendaño de censib. cap. 110. num. 5. sequitur, existimat hanc moratoriam dilacionem impedire vsurarum exactiõnem, non tamen illius cursum, sed finita dilacione exigi omnes vsuras tam præteritas quam futuras posse, quia debitori inducias in solutiõne concedens non intendit census creatiõnem mutare. At si cursus vsurarum resolueretur census constitutiõ alterata esset. Fit ergo ex hac moratoria dilacione solum debitori concedi, ne interim redditus perantur: non vero quod de facto non currant, & debiti sint. Sicque explicant præfati Doctores, leg. quoties leg. vniuersa. Cod. de precib. imperat. offerendis, & leg. regia. 32. & 33. tit. 18. & leg. 4. tit. 2. part. 3.

PUNCTVM XXXVII.

De redemptione census.

Plures quæstiones agitari solent circa census redemptionem, quas oportet claritatis gratia sigillatim expendere.

§. I.

An census per partes redimi possit emptore invito?

- 1 Quid certum?
- 2 Hispania per maiorem partem. Et idem affirmant aliqui inspecto iure communi.
- 3 Sed verius est oppositum.
- 4 Quod verum habet etiam in pluribus debitoris hæreditibus.
- 5 Satisfit contrariis.

1 Diximus inspecto motu proprio Pij V. & vbi ipse receptus est posse censum per partes redimi, & part. 2. §. 1. dictum est qualiter huic contractui adici possit pactum ne per

per partes redimatur. Superest dicendum, an secluso omni alio pacto præter pactum redemptionis census redimi per partes possit.

<sup>2</sup> Et quidem in Hispania ex consuetudine recepta census per solutionem maioris partis redimi potest, nisi pacto aliquo expresse caueatur contrarium. teste Ioann. de Salas *tract. de censib. dub. 16. num. 7.* Quinimo Ioann. Gutier. *2. pract. quest. 174. num. 2.* & Felician. *de censib. 2. p. lib. 1. c. 8. num. 12.* testantur etiam posito pacto ne per partes redimatur admitti redemptionem secundum maiorem partem. Idem tenent inspecto iure communi Sotus, *6. de iustit. quest. 5. art. fin.* Pizarrus *ad ordinationes de Guadalupe. Gloss. verbo in todo o en parte.* Auendaño *de censib. Hispan. cap. 107. num. 8.* Gutier. *2. pract. 9. 174. n. 2.* Azucedo *leg. 1. num. 5. tit. 1. §. lib. 5. noua collecti. Felician. de censib. lib. 1. c. 8. num. 16.* & *2. p. eodem lib. & cap. num. 12.* Dacuntur, quia aequitati consonum est, ut hæc redemptio diuisim accipiatur & per partes. Quapropter in *leg. quidam astimauerunt. ff. de rebus creditis*, dicitur humanitus pratorum facturum. §. si creditor cogat debiti partem accipere. Secundum: solutio per partes fieri reipublice potest in suis debitis, *leg. fin. Cod. de apochis. lib. 10. & leg. placuit. Cod. de collat. fundi patrimon.* Ergo a fortiori fieri poterit priuatae personæ, argum. *cap. cum in cunctis de electione.* Tertio: census redimensus in se diuiduus est. Ergo etiam erit diuiduus in redemptione. Iuxta *leg. si stipulatus sum. §. si decem. ff. de solutionib.* ibi qui decem debet partem soluendo liberatur. Quarto: census descendens ad plures hæredes diuiditur pro portione hæreditatis. Ergo quilibet pro sua parte censum redimere poterit. Quinto Martin V. in *extrauag. 1.* & Calixt. in *extrauag. 2. de empt. & vendit.* expresse censuerunt membratim, & per partes censum redimi posse.

<sup>3</sup> Nihilominus verus census inspecto iure communi, & ex natura huius contractus non esse obligatum creditorem census redemptionem admittere membratim, & per partes prout docuit Sarmiento *7. select. c. 1. n. 27.* & *28. Molina tract. 2. de iustit. disp. 393.* Lessius *2. de iustit. c. 22. dub. 2. n. 93.* Eman. Rodrig. *tract. de censib. condit. 6. dub. 4. Salas tract. de censib. dub. 56. circa med.* Gaspar. Roderic. *lib. 1. de redditib. q. 18. n. 3. §. 3.* Moueet ex his quæ dixi *disp. 1. punct. 28. §. 3.* debitum inuito creditore per partes non posse solui, *leg. 2. §. & harum ff. de verb. obligat.* A qua regula solum excipitur solutum in fauorem libertatis. *leg. cum heres. §. pen. ff. de statu liberis.*

Deinde in aliis venditionibus quæ fiunt cum pacto reuendendi non admittitur reuenditio membratim, sed integra exhibenda est.

Præterea census vnico pretio constitutus est. Ergo vnico pretio est dissoluendus. Item emens census nullatenus præsumitur empturum se fecit per partes redimendum esse. Tandem hanc partem decidit Modestinus in *leg. tutor. 41. §. Lucius Titius. ff. de iuris. vbi cum Lucius Titius centum deberet, & vsuras alicuius temporis, si minus consignaret, vsuras partis consignatæ non excusabit.*

<sup>4</sup> Quod verum habet etiam in pluribus debitoris hæredibus non enim pro rata hæreditatis possunt census redemptionem diuidere, ne creditoris iuri præiudicent. Vt constat ex *dicta leg. §. & harum. ff. de verb. obligat.* vbi habetur ex persona hæredum non mutari obligationis qualiter. Et ob eandem rationem neque ab vno ex pluribus debitoris hæredibus poterit census aliis inuito redemptio pro parte admitti. Et si duobus promiseris censum redimere, & ante redemptionem decedas relictiis quatuor hæredibus, quilibet hæres in solidum censum redimere tenetur, quia obligatio in fauorem creditoris indiuidua constituta, nequit ob multiplicationem hæredum diuidi, sed ad ipsos hæredes cum eadem qualitate transit. Sic expresse Gaspar. Rod. *lib. 1. de redditib. q. 18. n. 16.* & *seq. Salas, tract. de censib. dub. 56. n. 9.* Felician. *de censib. 2. p. lib. 4. cap. vn. n. 13.*

<sup>5</sup> Neque argumenta in contrarium virgent. Ad primum ex *leg. quidam astimauerunt.* respondeo in debitis autoritate iudicis soluendis sæpe aequitati consonum esse, ut creditor cogatur solutionem diuisim accipere. Secus est in redemptione census quæ proprie non est debiti solutio, sed contractus resolutio. Ad secundum respondeo ob benignitatem reipublicæ admitti solutionem debiti diuiduam, tamen si ex rigore admittenda non esset. At tertium fateor censum ex se diuiduum esse, & aptam ut per partes redimatur, nego tamen ut quid diuiduum tam in se quam in redemptione constitui. Ad quartum constat ex supradictis censum ad plures hæredes descendentem redimi per partes inuito creditore non posse. Ad quintum concedo illis extrauagantibus approbari contractum de redemptione diuiduam, sed inde non inferitur secluso pacto, & particulari conventionione sic redimi posse. Verum si creditor plures correos in solidum obligatos habens ab vno illorum partem fortis principalis sibi contingentem accipiat, eo ipso aliis correis potestatem concedit suam partem redimendi, ne personarum acceptor sit in præiudicium aliorum. Sic tradit expresse Alciat. in *leg. si creditores. n. 3. Cod. de pactis per rextum.* Felician. *2. p. de censib. lib. 1. cap. 2. num. 6.*

## §. II.

An redemptio census præstanda sit in pecunia numerata?

1. Censent aliqui inspecta bulla Pij V. in pecunia numerata faciendam esse redemptionem.
2. Verius est in mercibus, &c. ex consensu creditoris fieri posse.
3. Secus est creditore inuito.
4. Satisfit Authent. hoc nisi debitor.
5. Aliquibus placet si censuarius cedat creditori rem censui suppositam in solutum censum redemptum esse.
6. Contrarium est dicendum.
7. Procedit sententia in censuario, sed non in tercio possore.

**N**on deerunt qui existiment inspecta bulla Pij V. census numerata pecunia esse necessario redimendos. Tum quia Pontifex inquit posse censum pro eodem pretio extingui, id est pro eodem pretio, ac fuit constitutus. At census constitutus est pretio numerato. Ergo eodem est redimendus. Tum quia eadem forma seruanda est in distradu que in contractu requiritur iuxta *leg. de tutela. Cod. de integram restitut. leg. si ad resoluendum. Cod. de præditi minor.* Et tradit Euerard. in *copiis loco de contractibus ad distradum.* & in præsentia Auendaño, *de censib. Hispan. cap. 102. numero 4.*

Nihilominus verissima sententia quam refert, & sequitur Nauarr. in *diu. motum Pij V. q. 37. num. 12.* Petr. Sardus *conf. 167. num. 40.* & *seq. volum. 2.* Francisc. Milanea. *dec. 2. regni Sicilia. ex numero 70.* Felician. *de censib. 2. p. lib. 1. c. 8. num. 11.* Molina, *tract. 2. de iustit. disp. 393. dub. 1. Rebell. 2. p. lib. 10. q. 6. cond. 5. n. 22.* Binsfeld. *c. in curate de vsur. q. 12. cond. 2. in fine.* Salas *tract. de censib. dub. 19.* aliter ex consensu creditoris posse censum in mercibus, in nominibus debitorum, aliisque rebus pecunia æstimabilibus redimi. Nam cum ex his possit verum pretium constitui, & nullibi sit carum debere esse in pecunia numerata, illa enim verba Pij V. non ad qualitatem pretij, sed ad quantitatem referenda sunt, consequens est, ut prædictis redimi census possit.

Præterea Pius V. in constitutione census pecuniam numeratam requirit ob periculum vsurarum, & fraudis, & ne venditores censuum virgine necessitate acciperent pro pretio aliqua sibi incommoda, aut maioris iusto æstimatione. Quod in redemptione census non sic procedit. Neque obest in distradu eam formam, & solemnitatem requiri, ac in contractu quia id habet verum, cum eadem ratio in vtroque procedat. Et notat Euerard. in *dicto loco de contractibus ad distradum, numero 1. & 11.* At in præsentia non eadem, sed diuersa adest ratio &c.

Verum etiam creditore consentiente census quibuslibet bonis tanquam pretio redimi possit, non tamen creditore inuito. Non enim tenetur creditor redemptioni consentire bonis sibi in solutum datis, quia vnus pro alio inuito creditore solui nequit *leg. 2. §. mitti. §. si certum pretium. leg. cum à quo. & leg. manifesti. Cod. de solutionib.* Sicuti expresse adnotat Gaspar. Roderic. *lib. 1. de redditib. q. 18. n. 50.* Salas, *tract. de censib. dub. 56. n. 12.*

Neque obstat Authent. hoc nisi debitor. *Cod. de solutionib.* vbi obligatur creditor bona debitoris admittere in solutum, cum debitor pecunia pro præstanda solutione caret, cui Authent. nixus Azucedo *leg. fin. tit. 2. n. 133. lib. 4. noua collecti.* aliter debitorum census pecunia carentem petere posse, ut bona taxata creditor in solutum dentur. Non inquam obstat, nam d. Authent. permitti potest habere locum in his quæ re-re debita sunt. A censuario non debet creditor sortem, sed census redditum. Ergo nequit ei loco fortis bona altissima tradere.

Hinc venit decidenda illa quæstio, An si censuarius rem censui suppositam creditori cedat in solutum pro sorte censuarum census redemptus? Alicui probabitur affirmatiua pars, quia in *leg. si quis argentum. §. si vero. Cod. de donationibus. de-bens certum redditum ex suis possessionibus satisfaciendæ eundem redditus oblatore mediocri fundo, & in *leg. filius amittit. §. apud Marcellum. ff. de legatis 1.* Legatarius cui in iudicium est onus soluendi censum occasione fundi legati satisfaciendæ legatum offerens.*

Nihilominus dicendum est cum Gaspare Roderico, *lib. 2. q. 4. n. 68.* Feliciano plures referente *2. p. de censib. lib. 1. c. 4. n. 6.* nequaquam censendum esse censum redemptum, quia non tenetur creditor fundi obligationem admittere, quippe ipse non est creditor fundi, cum fundus ab ipso emptus non sit, sed est creditor redditus cuius solutioni fundus hypothecatus est. Et licet debitori concessum sit censum redimere, ea redemptio, præstari debet reddendo id quod acceptum est,